

castro Durachii aliisque civitatibus terris et locis castris fortelliciis hominibus iuribus et pertinenciis eiusdem Regni omnibus que nunc tenet seu que tempore dicte assignacionis faciendo tenebit cum plenaria cessione et translacione omnium iurium et actionum eidem domino Principi quocumque iure seu titulo pertinencium in ipso Regno Albanie tam in demaniis quam in feudis et ceteris quibuscumque tam eorum que tenet et tempore dicte assignacionis tenebit quam eorum que per Grecos seu quoscumque alios scismaticos detinentur et detinerentur tunc. Ac eciam Principatum Achaye cum civitatibus terris locis castris fortelliciis hominibus iuribus et pertinenciis omnibus Principatus eiusdem que nunc tenet seu que tempore dicte assignacionis faciendo tenebit cum plenaria cessione et translacione omnium iurium et actionum eidem domino Principi quocumque jure seu titulo pertinencium in eodem Principatu Achaye tam in demaniis quam in feudis et ceteris quibuscumque tam eorum que tenet et tempore dicte assignacionis tenebit quam eorum que per Grecos seu quoscumque alios scismaticos detinentur et detinentur tunc. Pro quorum Regni Albanie et Principatus Achaye cum omnibus predictis eorum iuribus et pertinenciis precio et pagamento finali prefatus dominus Rex Robertus convenit et promisit dare et solvere dicto Principi vel cui ipse voluerit septuaginta milia unciarum auri ponderis generalis Regni Sicilie semel solvenda in terminis infrascriptis. videlicet tempore dicte assignacionis faciendo de dictis Regno et Principatu quartam partem eiusdem summe que est unciarum auri decem et septem milia et quingente et infra tres annos ex tunc immediate sequentes reliquarum unciarum quinquaginta duo milia et quingentas scilicet quolibet ipsorum trium annorum terciam partem eiusdem summe quinquaginta duorum milium et quingentarum unciarum que est unciarum decem et septem milia et quingente ad pondus predictum. Quarum solucionem quolibet ipsorum